De traegheydt heeft des doodts natuer,
Is droef, onlustigh, en onweerdigh:
Der Liefden aert heeft gheen gheduer,
Is blijde, wacker, ende veerdigh.

L'Amour chasse toute demeure,
Et fuyant la tardiueté
Veut aussi tôt, à la mesme heure,
Estre receu & imité.
Sus donc, que chacun s'esuertue,
Et sans plus s'arrester à rien,
Laissons les pas de la tortue,
Et courons aprés nostre bien.



AMOR OMNIA RECTIFICAT.

Hieron. in Ep. ad Gal.

MEnſura operum eſt Charitas.

Auguſt. de doctrin. Chriſtian.

Charitas eſt actio rectitudinis, oculos ſemper habens ad Deum.

Idem.

Sola Charitas facta hominum diſcernit. Multa fieri poſſunt quæ habent ſpeciem bonam, & non procedunt de radice Charitatis: quædam verò videntur aſpera, videntur truculenta; ſed fiunt ad diſciplinam, dictante Charitate.

Idem.

Si credis & non amas, non te moues ad opus bonum. Et ſi moues, vt ſeruus moues, non vt filius; timendo pœnam, non amando iuſtitiam.

EN la fabrica del alma
Amor es regla y nibel,
Porque no ay labrar ſin el.

HEt vverck der Liefden is altijdt
Om alles goedt en recht te maecken:
T'oneffen gheenſſins hy en lijdt,
Maer ſoeckt te ſliſſen alle ſaecken.
By twiſt hy hem niet noode vindt,
Ten beſten ſal hy altijdt ſpreken:
Want d'een en d'ander hy bemindt,
Verſchoont van alle de ghebreken.

AMour eſt en cette figure
(A bien veritable pinçeau)
Des bonnes œuures la meſure,
Et de la vertu le niueau.
Il n'y a rien qu'il ne diſpoſe
Selon le droict & la raiſon:
Il regle & vnit toute choſe,
En tous lieux, en tout ſaiſon.



STERNIT ITER DEO.

Chrysost. AMor via Dei ad homines eſt,& via hominis ad Deum.

Prou 3. Viæ eius viæ pulchræ,& omnes ſemitæ eius pacificæ.

August. Viæ multæ in multis præceptis ad vnam colliguntur,& vna dicuntur; quia via noſtra Charitas eſt. Videamus ſi charitas eſt via, audiamus Apoſtolum: *Et* 1.Cor. 12. *adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro.* Quam dicis, ô Apoſtole, excellentiorem viam? Quam dico, audi: *Si linguis hominum loquar & Angelorum; Charitatem non habeam*, &c.

Proſper. Charitas verè via eſt, quæ ducit per ſe ambulantes ad patriam; quia ſicut ſine via peruenit nullus quò tendit,ita ſine Charitate,quæ dicta eſt via,non ambulare poſſunt homines, ſed errare.

AMor allana el camino
De la Corte celeſtial;
Y aunque eſtrecha, es ſenda real.

WElck is den wegh tot Godt den Heer?
Hoe kanmen doch tot hem geraken?
Welck is Godts vvegh tot ons hier neer,
Dat vvy by hem ons vvooningh maecken?
De Liefde is den vvegh alleen,
De vvijsheydt,vvaerheydt, en het leven:
De Liefde Godts ons in't ghemeen
Bereydt den vvegh, dat vvy niet ſneven.

VOicy la ſente tant chantée,
Par laquelle marchoyēt les Dieux:
C'eſt vrayement la voye lactée,
Par laquelle on s'eſleue aux cieux.
Aimez ſeulement, & noſtre ame
Pourra monter iuſques à Chriſt:
Aimez ſeulement,& luy meſme
Deſcendra dedans voſtre eſprit.



OMNIA EO VNDE.

Eccle. 1. AD locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterùm fluant.

Bernard. in Cantic. Serm. 10. Magna res Amor est, si ad suum recurrat principium, si suæ origini reddatur, si refusus suo fonti semper ex eo sumat, vnde iugiter fluat.

Idem Serm. 1. *in cap.* Ieiunij. Gratiarum cessat discursus, vbi recursus non fuerit. Nec modò nil augetur ingrato, sed & quod accipit, vertitur ei in perniciem. Fidelis autem in modico censetur dignus munere ampliori.

Lactant. lib 4 *Diuin. instit. cap.* 3. Diuinitas quæ incredibili beneficio genus humanum sustentat, vult gratiam sibi referri, & honorem dari.

COmo el rio buelue al mar,
A de boluer nuestro amor
Al golfo de su Criador.

ALs 's menschen siele men siet gaen
En keeren tot haer oorspronc weder,
Dan siet-men 't ghen' sy heeft ontfaen
Weer-comen grooter, ende breder.
Godts gifte van veel deughden goet
Moet sijn fonteyn van liefd' ons gheven,
Daer-men die weer in storten moet;
Soo blijven wy in liefde leven.

AInsi que toutes les fontaines
Aux sources ramenent leur eau,
A cette fin que tousiours pleines
Elles facent vn cours nouveau:
Ainsi ce portraict nous enseigne,
Que souvent l'eau de noz amours
Doit rapprocher son origine,
Pour pouvoir accroistre son cours.

CON-



CONSTANS EST.

Auguſt. de catechiz. rudibus. COnſtans & perfectus debet eſſe Amor noſter, vt, ſi neceſſe fuerit, amore illius moriamur, qui amore noſtri placidè ac benignè mori dignatus eſt.

Cant 8. Gregor. Hom. 11. Fortis vt mors dilectio: quia ſicut mors corpus interimit, ſic ab amore rerum temporalium æternæ vitæ Charitas occidit: nam quem perfectè abſorbuerit, ad terrena velut inſenſibilem reddit; neque ſanctus quiſpiam mori pro Domino potuiſſet in corpore, ſi priùs à terrenis deſideriis mortuus non fuiſſet in mente.

Leo. Flammis externis ſuperari Charitatis Chriſti flamma non poteſt, ſegnior eſt ignis qui foris vrit, quàm qui intus accendit.

Senec. in Epiſt. Si cruci affigatur, ſi flammis tradatur, ſemper amat qui verè amans eſt.

EL Amor que haſta la muerte
No conſerua ſu vigor,
No ſe cuente por Amor.

ONs liefde moet volcomen zijn,
Volſtandigh, vaſt, in als gheſtadigh;
Dat waer't van nood' te lijden pijn,
Iae oock de doodt ſeer onghenadigh,
Wy niet en moeten vlieden; maer
Om ſijne liefde lijden gaeren,
Die ons verloſt heeft alle-gaer,
Wanneer vvy gantſch verloren vvaeren.

LE feu, le fer, & la ſouffrance
Du martire plus rigoureux,
Fleſchiront tous à la conſtance,
Dont cet Amour nourrit mes vœux:
Car ſi nous penſons au ſupplice,
Que jadis Dieu ſouffrit pour nous,
Il n'y a tourment, qui ne puiſſe
Nous ſembler agreable & doux.

AMOR



AMOR ÆDIFICAT.

1.Tim.4. EXemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, vt profectus tuus manifestus sit omnibus.

Humiliter sine inflatione, sobriè sine præsumptione, certitudinaliter sine hæsitatione, veraciter sine errore, simpliciter sine deceptione, salubriter cum charitate & dilectione, vtiliter cum proximorum ædificatione, liberaliter cum gratuita communicatione, efficaciter cum bona operatione; scienti enim bonum & non facienti, peccatum est illi.

Gregor. in Ezech. Hom. 5. Qui in occulto benè viuit, sed alieno profectui minimè proficit, carbo est. Qui verò in imitatione sanctitatis positus, lumen rectitudinis ex se multis demonstrat, lampas est; quia & sibi ardet, & aliis lucet.

DEl edificio Christiano
La Caridad es la cal,
Y sin calor fragua mal.

DE siel verlieft heeft altijdt lust
Om iet te bouwen en te stichten,
Tot deught, tot welvaert, ofte rust,
Om andere 't herte te verlichten:
Godts Liefde daer toe gratie gheeft,
En brenght de middel om te bouwen;
En maeckt dat die hier saligh leeft,
Die op sijn gront kan vast betrouwen.

NOstre ame, en aimant, edifie,
Car c'est lors qu'auons les desseins
De bienfaçonner nostre vie
Pour l'exemple de noz prochains.
Donc que chacun de nous commence
Cette sorte de bastiment:
Et nous vivrons en asseurance,
Logez sur vn tel fondement.

IVCVN-



IVCVNDVM SPIRAT ODOREM.

2. Cor.2. CHristi bonus odor ſumus.

Baſil. Mag in Hexaëm. Vnguentum ſuaue & optimum eſt Amor Dei, quo peſtes mentis curantur, & cordis oculi illuminantur.

Cant. 1. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Bernard in 6. Cant. Qui paſcitur inter lilia: quia Chriſtus candore & odore virtutum, quæ ex amore proueniunt, delectatur; vt candor ad conſcientiam, odor ad famam pertineat.

Auguſt. in Pſalm. 44. Filiæ regum delectant ſponſum odore veſtimentorum; quia fideles animæ, quæ Apoſtolis prædicantibus natæ ſunt, odore ſancto, qui ex amoris operibus latè diffunditur, Chriſtum delectant.

ES pomo contra la peste
La fragrancia del Amor,
Segun conorta ſu olor.

EEn balſem is Godts liefde ſoet,
Die alle kranckheydt kan gheneſen,
Die uyt de ſiel, en uyt 't ghemoet,
En uyt het lichaem is ghereſen:
Treckt my in balſems reuck naer dy,
Ghy die mijn ſiele kundt verſtercken;
Verdrijft der ſonden peſt van my,
Dat ick u diene met goey wercken.

LEs baumes d'Inde & d'Arabie
A ceſtui-cy ne ſont eſgaux,
Qui guerit toute maladie,
Et nous deliure de tous maux.
Dont (ô Seigneur) veuillez m'en paiſtre,
Afin qu'auec ce ſainct odeur,
De tous pechez ie me depeſtre,
Et n'ay rien que vous dans le cœur.

AMORIS



AMORIS SECVRITAS.

Rom. 8. QVis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? In his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei.

Auguſt. Quis à te Domine ſeparat, quod diligis? aut vbi, niſi apud te, firma ſecuritas?

EL amante verdadero
No le aparta de quien ama
Ni el cuchillo, ni la llama.

VVAt is daer dat kan hebben macht
Om ons van CHRISTVS Liefd' te [ſcheyden?
Oprechte liefde doch veracht
Al 't gheen dat kan oft magh verleyden,
'T ſy hoogheydt, riickdom, eere groot,
Vervolghingh, hongher, oft armoede,
Ellendigheydt, noch oock de doot:
Gheruſt vvy blijven in ſijn hoede.

NOn, il n'y a rien qui me puiſſe
Oſter de cette liaiſon,
Ni des richeſſes l'artifice,
Ni la crainte, ni la priſon:
Auſſi te ſuis-ie tant fidelle,
Que vainquant pour toy tout effort,
Amour ie vivray ſoubs ton aiſle,
Iuſqu' apres, & malgré la mort.



SITIM EXTINGVIT.

August. & habetur de Pœnit. dist. 2. cap. Charitas.

AMor est aqua, de qua Dominus in Euangelio ait; Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.

Psalm. 41.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum fontem viuum.

August. super Psal. 46.

Deus tuus totum tibi erit: manducabis eum, ne esurias; bibes eum, ne sitias.

Idem in Epist. Ioan. cap 7.

Si non vultis in eremo siti mori, bibite charitatem. Fons enim est, quem Deus voluit ponere, ne deficias.

ES agua qualquier Amor:
Mas del diuino beued,
Que es el que mata la sed.

GOdts Liefd' is 't water daer van seydt
Den Sone Godts: Die ick sal gheven
Dit vvater, in der eeuwigheydt
Niet dorsten sal, maer eeuwigh leven.
Godts Liefden put sal nimmermeer
Sijn uyt-gheput: dus vvilt doch trachten
Te drincken van dit vvater seer,
Eer dat ghy meught van dorst versmachté.

AMour est cet eau, de la quelle
Christ en l'Euangile a dicté,
Que celuy-la qui boiroit d'elle
N'auroit soif en eternité.
Courons donc (ô Ame zeleuse)
A ce puis salutaire & saint,
Puis que sa boisson amoureuse
Toute ardeur de la chair estaint.



NVLLVS LIBER ERIT, SI QVIS AMARE VOLET.

Matth. 11. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Bernard. lib De dilig. Deo O iugum ſancti Amoris, quàm dulciter capis, glorioſè laqueas, ſuauiter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis!

Auguſt. Quos Dominus liberos fecerat, ſeruos fecit non conditione ſeruili, ſed in Chriſti redemptione; non neceſſitate, ſed charitate: ſeruum enim te fecit, qui te ſuo ſanguine liberum fecit.

Proſper. Nemo ſeruit, niſi cum aliqua libertate; & nemo liber eſt, niſi cum aliqua ſeruitute: quantò autem magis regnat in vnoquoque Dei charitas, tantò minùs ei dominatur iniquitas.

AMor dice ſujecion:
Porque ſer libre y amar,
Mal ſe puede enquadernar.

HOe lieflijck is u jock ô Heer?
Met ſoet te drucken en t'omvangen,
V laſt beſwaert oock nimmermeer
De ſiel die naer u heeft verlanghen:
Ghy hebt ons met u bloedt bevrijt
Wt 's doodts ghewelt en 's duyvels banden:
V heerſchappy men gheerne lijt,
Die ons behoedt voor alle ſchanden.

O Ioug heureux, heureux ſeruice,
Que l'on doit deſirer d'auoir:
N'eſtant poßible que l'on puiſſe
Aimer bien, ſans le receuoir.
Car puis que Chriſt par ſa mort meſme
Nous a remis en liberté,
Sa croix afranchiſſant noſtre ame
L'aſſeruit à la charité.



MICAT INTER OMNES AMOR VIRTVTES.

1.Cor.13. SI linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

August. de Doctr. Christ. Sola Charitas est quæ vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia.

Leo. Quamuis magnum sit habere rectam fidem, & multâ laude digna sit circumcisio gulæ, lenitas mansuetudinis, puritas castitatis: nudæ sunt tamen omnes sine charitate virtutes; & nihil fructuosum, quod non dilectionis partus ediderit.

ES la luz de Caridad
Entre las virtudes bellas
Qual sol entre las estrellas.

DE Liefd' altijdt hem over-schoon
Doet boven alle deughden schijnen,
Ghelijck de Son aen 's hemels throon,
Die 't licht der sterren doet verdwijnen.
'T Geloof, noch Hop' geen vruchten geeft,
En ijdel zijn der deughden wercken,
Als hun der Liefden kracht begheeft,
Die 't al verciert, en doet versterсken.

AMour des Vertus la plus grande,
Tient entre elles le lieu premier,
Et seul dessus toute la bande
Emporte & reçoit le laurier:
Car quand la Foy, quand l'Esperance,
La douceur, & la chasteté
Auroyent ton cœur pour residence,
Si n'est ce rien sans Charité.



OMNIA VINCIT AMOR.

Petr Rau. NIhil durum, nihil amarum, nihil graue, nihil lethale computat amor verus. Quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes amorem præualent separare perfectum? Amor est impenetrabilis lorica: respuit iacula, gladium excutit, periculis insultat, mortem irridet: si amor est, vincit omnia.

Thomas à Kemp. de Imitat. Christi. lib. 3. c. 5. Amor onus non sentit, labores non reputat, plus affectat quàm valet, de impossibilitate non causatur; quia cuncta sibi posse & licere arbitratur.

August. de Doctrin. Christian. Sola Charitas est, quæ vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia; & vbicumque fuerit, trahit ad se omnia.

NO ay petto a prueua de Amor:
Que la flecha de vn amante
Passa vn pecho de diamante.

MEt scherpe pijlen Liefde schiedt;
Geen stael oft ijser houdt hem tegẽ:
Al 't ghene wederstandt hem biedt,
Hy door sijn krachten doet beweghen:
Al waer versteent des menschen hert,
Verkout, verhert, als sonder leven;
Soo die beroert van Liefde vvert,
Tot alle deughdt sich moet begheven.

REmarquons en cette figure
De l'Amour diuin les effects,
N'y ayant pas d'ame si dure,
Qui soit à preuve de ses traits.
Si ta priere est lente & froide,
Et que tu la veuille enflammer;
Ne cherche pas d'autre remede,
Seulement commence d'aimer.

AGITA-



AGITATVS FORTIOR.

Seneca. NOn eſt arbor fortis, niſi in quam frequens incurſat ventus: ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certiùs figit.

Gregor. 26. Moral. Sanctorum mentes æternitatis præmia poſtulantes, vires ex aduerſitatibus ſumunt: quia creſcente pugnâ glorioſiorem ſibi non ambigunt manere victoriam.

Auguſt. in Epiſt. Ioann. & habetur de Pœnit d. 2. c. Radicata. Radicatus eſt Amor? ſecurus eſto, nihil mali procedere poteſt.

Idem in Confeſſ. Sagittaueras tu Domine cor noſtrum Charitate tuâ, & accendebat nos validè, vt omnis ex lingua ſubdola contradictionis flatus inflammaret nos acriùs, non extingueret.

Gregor. in Paſtor. cap. 51. De ſpe æternæ hereditatis gaudium ſumunt; quos aduerſitatis turbo exagitat.

QVanto la planta de Amor
Mas inclemencias padece,
Tanto mas ſe arraiga y crece.

EEn boom die dickwils lijdt de laſt
Van winden, ſtorm, en reghen-vlagen,
Daer teghen ſich meer wortelt vaſt,
Om al onweder te verdraghen.
Als ſiel oft lichaem wordt ghequelt
Met ſtorm, oft teghenſpoets onweder,
De Liefd' hem ſtercker teghen-ſtelt,
Verſpreyt ſijn wortel vaſt en breder.

L'Arbre ſouffrant ſouvent l'orage,
Et la violence des vens,
Se ſerre & roidit dauantage,
Et s'en affermit au dedans.
Tout ainſi noſtre ame amoureuſe,
Soubs l'effort de l'aduerſité,
Embraſſe tant plus courageuſe
La tige de ſa charité.

VERVS



VERVS AMOR NVLLVM NOVIT HABERE MODVM.

Ambros. IGnorat ſiquidem Amor iudicium, & ratione multoties caret: neſcit modum, nec aliud cogitare quàm quod amat poteſt: non accipit de impoſſibilitate ſolatium, nec ex difficultate remedium, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec ratione ſubiicitur.

Bernard. in Epiſt. Charitati nullus modus aut finis præſcribitur; modus enim diligendi Deum, eſt ipſum diligere ſine modo.

Thomas à Kemp. li. 3. de Imitat. Chriſti c. 5. Amor modum ſemper neſcit, ſed ſuper omnem modum ferueſcit.

NO tiene limite Amor;
Que ſiempre lo enprende todo,
Sin reparar en el modo.

DE Son, de Maen, en Sterren klaer,
Elck heeft ſijn wet en ſeker palen,
Daer in ſy moeten gaen, en daer
Sy buyten niet en moeten dwalen.
Een ſiel verlieft gheen maet en heeft,
Verſtoot al 't geen dat haer wilt krencken,
Geen wet haer vlucht bedwingt, maer ſweeft
Veel hoogher dan men kan bedencken.

TOute choſe, & le Soleil meſme,
A il pas de borne arreſté?
Mais quant à cette amoureuſe ame,
Elle n'a rien de limité:
Son vol a rompu la meſure,
Et paßant des cieux la hauteur,
Ne ceſſe, que la creature
Ne ſoit reioinct au Createur.



CRESCIT SPIRANTIBVS AVRIS.

August. de Gratia & Liber. arbitr.

GRatia Dei per amorem ſine nobis operatur incipiens, quod volentibus cooperatur perficiens: ſine illo autem nihil operante, cùm volumus, ad bona opera nihil valemus.

Euſebius Emiſ. de Epiphan. Homil. 3.

Tanta poſcenda eſt Charitas, vt ſub preſſura tribulationis non poſſit extingui; ſed ſicut ingens flamma ſub impetu venti, quantò magis reprimitur, tantò ardentiùs excitari.

Proſper.

Tanta deſuper præbebatur ſanctis conſtantia fidei, fiducia ſpei, fortitudo tolerantiæ, vt ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus ſanctus accenderat, nullo modo ab opprimentibus poſſet extingui; cùm & qui cruciabatur, vehementiùs inardeſceret; & qui ſæuiebant, eamdem quam perſequebantur, flammam conciperent.

EL ayre de Amor diuino
Enciende con ſuauidad
El fuego de Caridad.

DOor wint het vier wort groot, en waſt,
Dat anders haeſt verſterven ſoude,
En blijven onder d'aſſchen laſt,
Veranderen van hitt' in koude.
Der gratien windt bewayen moet
Ons ſiel, ons hert, en onſe ſinnen,
Ontſteken 't vier in ons ghemoet,
Dat wy van liefde branden binnen.

NOus voyons la flamme s'eſprendre,
Et s'accroiſtre au ſoufle du vent,
Laquelle autrement ſoubs la cendre
Peu à peu s'iroit eſtaindant:
C'eſt ce qu'auſſi l'ame deſire,
Afin de conſeruer ces feux,
Car de la grace le zephire
Les entretient de mieux en mieux.



OMNIA SPERNIT.

1.Cor. 13. Philip. 3. AMor non eſt ambitioſus, atque omnia exiſtimat vt ſtercora propter Chriſtum.

Auguſt. in Epiſt. Ioan. Mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Quid vis? vtrùm amare temporalia, & tranſire cum tempore; an Chriſtum amare, & in æternum viuere?

A Kempis l.3. de Imit. Chriſt. c.5. Amor vult eſſe ſurſum, nec vllis infimis rebus retineri.

Gregor. in Regiſtro. Si conſideremus, quæ & quanta ſint quæ nobis promittuntur in cælo, vileſcent animo omnia, quæ habentur in terris: terrena namque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata pondus eſt, non ſubſidium.

TOdo lo dexa el Amor,
Aunque mas hermoſo ſea,
Por aquello que deſea.

DE ſiel door Liefde goet en eer
Veracht, en laet om Chriſtus vville,
En 't ghene daer-men hier ſoo ſeer
Om loopt, en is in groot gheſchille:
Sijn liefde gheenſſins toe en laet,
Dat eerſucht erghens plaetſe vinde;
Noyt adel, afcomſt, naem, noch graet,
En achte dien die recht beminde.

EN aimant Dieu, l'ame meſpriſe
L'honneur & les biens d'ici bas,
Et tout ce dont ſa conuoitiſe
Faiſoit parauant tant de cas:
Car allant faire ſa demeure
Auecques ſon amour aux cieux,
La terre luy ſert à cette heure
De retardement ennuyeux.

NEC



NEC VIDISSE SAT EST.

Gregor. in Homilia Maria stabat ad monum. Hieron.

AManti ſemel aſpexiſſe non ſufficit; quia vis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis.

Auarus ſum ad accipienda beneficia Domini; nec ille deficit in dando, nec ego ſatior in accipiendo: erat ſancta auaritia, ingentis videlicet amoris & deſiderij.

Idem, Epiſtola ad Damaſ.

Semper voluptas amoris famem ſui habet, & non ſatiat.

AMor es como la gloria:
Pues la coſa que es amada
Iamas le canſa ni enfanda.

DIe lief heeft,en ghenoeght hem niet
Om eens ſijn liefſte te aenſchouwen;
De kracht der liefden hem ghebiet,
Dat hy van ſien niet kan ophouwen.
Door liefde onverſadigh vvert
'T ghemoet,en ſiele vande menſchen,
Midts dien een groot begeerigh hert
Niet laten kan van meer te vvenſchen.

L'Amant en œilladant s'amye,
Ne ſe ſaoule pas d'vn regard,
Pluſtôt augmentant ſon ennuye
La voyant, de la reuoir ard:
L'amour Diuin vient tout de meſme
Vers noſtre Dieu nous enflammer,
Et fait que d'autant plus qu'on l'aime
D'autant plus on le veut aymer.

INVIA



INVIA AMANTI NVLLA EST VIA.

1 Par 16. QVærite Dominum & virtutem eius, quærite faciem eius ſemper.

Pſal. 17. August. ibidem. Perfecit pedes meos tamquam ceruorum, quia dederat amorem ſanctum ad tranſcendenda omnia ſpinoſa & vmbroſa implicamenta huius vitæ.

Proſper. de Vitâ contemp. Charitas quæ ex Deo eſt, illos ſtabiles facit ac inſuperabiles, quos flumine voluptatis ſuæ impleuerat.

LOs paſos de Amor de Dios
Deues ſeguir de contino;
Porque ſin Dios no ay camino.

GHeen wegh, hoe ongebaent oft quaet,
De ſiel verlieft beſwaert kan maecke͂;
Seer licht ſy middel vinden gaet
Om by haer liefſte te gheraecken:
Gheen boſſchen, vvilt, noch gheen rivier,
Gheen vvoeſte zee, noch ſnelle ſtromen,
Iae ſelfs de doodt ſy niet een ſier
En acht, om by haer lief te komen.

LEs bois, le deſert plus ſauvage,
Les torrens, & meſme la mer,
N'empeſcheront pas le paſſage
A celuy qui veut bien aymer:
Ainſi voyez vous que cette ame,
Qui cherchant Dieu, trauerſe l'eau,
Se ſert de l'arc d'amour pour rame,
Et à ſon carquois pour vaiſſeau.



ANIMÆ SAL EST AMOR.

VT ſal optimum humanæ vitæ eſt condimentum; ita omnia dulcorat atque conſeruat Amor Diuinus.

August. Sancti iucundiùs & lætiùs præ amore veritatis torquentur, quàm luxurioſi præ cupiditate vanitatis epulentur.

Petrarch. de Pœnit. Magdalen.

Namque famem, frigus, durum quoque ſaxa cubile,
Dulcia fecit Amor, ſpesque alto pectore fixa.

AMor y ſal ſon dos coſas,
Que fuera de dar ſazon,
Preſeruan de corrupcion.

HEt ſout dat heeft alſulcken aert,
Dat het geen dingh en laet bederven:
Godts Liefd' ons ſiele me bewaert,
Bevrijdt ons dat vvy niet en ſterven:
De Liefde Godts is 't rechte ſout,
Dat al vvat heeft ontfanghen leven
Het door ſijn krachten onderhout,
En inde doodt niet en laet ſneven.

LE ſel conſerue la viande,
Et meſlé auecques, la faict
Plus delicate & plus friande,
Que de ſa nature elle n'eſt.
L'amour diuin de meſme ſorte
Nous munit, & garde le cœur,
Et aux bonnes œuvres apporte
Vn gouſt plus ſolide & meilleur.

ODIT



ODIT TIMOREM.

August. in Epist. Ioan. & habetur de Pœnit. dist. 2. cap. Sicut.

SIcut seta introducit filum; ita timor introducit amorem. Crescit amor, minuitur timor.

Cassiod. in Psal. 44.

Humanus timor diffidentiam tribuit: diuinus autem spei firmamentum concedit.

August.


Tantò minor fit timor, quantò patria, quò tendimus, propior: maior enim timor debet esse peregrinantium, minor propinquantium, nullus peruenientium. Sic & timor perducit ad charitatem, & perfecta charitas foras mittit timorem.

HVye la noche del dia;
Y el fugitiuo tremor,
De los rayos del Amor.

GHelijck-men siet dat eenen draet
Wert met een borstel voort getoghen,
Soo oock de vrees' in-leyden gaet
De Liefd', hoe wel meer van vermoghen:
En als de vrees' sijn wercken staeckt,
Wert sy van Liefde wech ghedreven,
Die sich alleen dan meester maeckt,
En sonder vreese wel kan leven.

LE poil du porc (chose exemplaire)
Meine le fil dans le soulier,
Et puis on le ictte en arriere
Le soulier estant fait entier.
Ainsi la crainte dans nostre ame
Fait glisser l'Amour point à point,
Et peu aprés cét Amour mesme
En chasse la crainte bien loing.

AMORIS



AMORIS FELICITAS.

Hieron. Epist ad Demetr. FElix conſcientia illa & beata virginitas, in cuius corde præter amorem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, patientia, atque iuſtitia, ceteræque virtutes, nullus alius verſatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando ſuſpirat, nec videre deſiderat.

Auguſt. in Confeſſion. Beatus qui te, Domine, amat, & amicum in te, & inimicum propter te; ſolus enim nullum charum amittit, cui omnes in illo chari ſunt, qui non amittitur

Ibidem. Non eſt aliquid Domine tuâ charitate blandius, nec amatur quidquam ſalubrius, quàm illa præ cunctis formoſa & luminoſa veritas tua.

DIchoſo aquel que Dios ama;
Porque tener Caridad
Es ſuma felicidad.

AL-ſulcke ſiel gheluckigh is,
En ſulcken menſch van herten reyne,
De vvelcke gheen beweghenis
En krijght, dan door Godts Liefd' alleyne,
Die vvijsheydt is, en vvaere deught:
Want die noch ſucht in ſijn ghedachten
Nae eenigh menſch, of s'werelts vreught,
En magh-men niet gheluckigh achten.

QVand quittans ce qui eſt des hõmes
Nous n'auons l'amour que des cieux,
C'eſt à cette heure que nous ſommes
Vrayement amoureux & heureux.
Car tant qu'il y reſte l'idée
De quelque choſe de terrien,
D'autant noſtre ame eſt retardée
Du gouſt de ſon ſouverain bien.



CONSCIENTIA TESTIS.

August. in Psal 64. DVas ciuitates duo faciunt amores: Ierusalem facit amor Dei, Babylonem amor sæculi. Interroget igitur se vnusquisque quid amet, & inueniet vbi sit ciuis.

Fulgent. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vis nosse vbi est thesaurus tuus? attende quid ames. Vis nosse quid ames? attende quid cogites: hoc est enim vbi est thesaurus tuus.

Leo. Qui experiri cupit an in ipso Deus habitet, præcipuè ipsam matrem virtutum omnium Charitatem in secretis suæ mentis inquirat; & si in ea dilectionem Dei & proximi toto corde repererit, Deum & rectorem & habitatorem sui esse non dubitet.

TV conciencia te dira
Que voluntad te contrasta,
Si es deshonesta o casta.

TWee Liefden hebben op-ghericht
Twee steden op verscheyde weghen;
Ierusalem Godts Liefde sticht,
En Babel 's wereldts Liefd' daer teghen:
Elck ondersoeck hem in sijn gront,
Wat Liefde heeft sijn siel beseten,
Waer dat hy borgher is, terstont
Sal hy daer-door voor seker weten.

DEux Amours d'vne main feconde
Ont chacun basty leur cité,
Babylone l'Amour du monde,
Ierusalem la Charité.
Or si tu n'as pas cognoissance
Du lieu où demeurer tu dois,
Tu sçauras de ta conscience,
De laquelle tu es bourgeois.

SVPER-



SVPERBIAM ODIT.

1.Cor.13. AMor non inflatur, non eſt ambitioſus, omnia ſuffert.

August. Cùm dixiſſet Apoſtolus, Charitas non æmulatur; velut ſi cauſam quæreremus, vnde fiat, vt non æmuletur; continuò ſubdit, Non inflatur; quaſi dicat: Ideò non habet inuidentiam, quia nec ſuperbiam.

Idem de Verb. Domini. Vbi erat illa ædificans Charitas? à fundamento humilitatis, quod eſt CHRISTVS IESVS.

Proſper. de Vitâ contemp. Charitas & humilitas in nullo ab inuicem diuiduntur; & ambarum tam indiſcreta connexio eſt, vt qui in vna earum conſtruitur, ſimul vtrâque potiatur.

Max Ser. de Cogn. ſui. Memor naturæ numquam ſuperbies; memor autem eris ipſius, ſi teipſum obſerues.

AMor piſa la ſoberuia;
Que quanto mas ſoberano,
Tanto tiene mas de humano.

DE ſiel vol liefde haer verblijdt
In nederheydt, en ſoeckt te vveſen
Tot anderen vvil en nut altijdt,
En door haer dienſt te zijn ghepreſen:
De hoovaerdy de pauwen-ſteert
Veracht, en treedt ſy met de voeten;
D'oodtmoedigheyt, die ruſte baert,
Wy boven al begheren moeten.

AMour, me voici reſoluë
De ſuiure en ce monde tes pas,
Et pource foulant cette queüe,
I'aime mieux demeurer en-bas:
Et de chaſſer touſiours arriere
Cette image de vanité,
Auſſi la vertu la premiere,
Eſt celle-la d'humilité.



SOLLICITVS EST.

Psal. 118. REuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas.

Gregor. in Prol. Mor. Scriptura ſancta mentis oculis quaſi ſpeculum quodam opponitur, vt ibi interna facies noſtra videatur. Ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra conſpicimus; ibi ſentimus quantum proficimus, quantúmve à profectu longè diſtamus.

Hieron. Epiſt. ad Damaſ. Vtere lectione diuinâ vice ſpeculi, fœda corrigendo, pulchra conſeruando, & pulchriora faciendo: ſcriptura enim ſpeculum eſt, fœda oſtendens, & corrigi docens.

NO tiene pereza Amor
En las coſas de virtud;
Que es el la ſolicitud.

DEn ſpieghel is een groot gherief
Voor de gehoude vrouws manieren,
Die om haer mans te weſen lief
Daer inne ſien om haer te cieren.
Ons ſiel in 't Euangeli moet
Als in een ſpieghel haer aenſchouwen,
Op dat ſy ſuyver, ſchoon en goet
Van Godt in Liefde werdt ghehouwen.

TElle qu'eſt la façon des femmes,
Pour plus proprement ſe coiffer,
Telle ſoit celle de noz ames
A plus ſaintement s'attifer.
Celles là pour aux hommes plaire
Se regardent dans le miroir:
Et nous pour à Dieu ſatisfaire,
Nous devons en amour nous veoir.

SINE



SINE AMORE MORS.

1.Ioan.3. QVi non diligit, manet in morte; omnis qui odit fratrem, homicida eſt; & ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

Auguſt. in Pſal.54. Formido mortis cecidit ſuper me. Mortem vocat Propheta odium fraternum; vita enim noſtra, dilectio eſt. Si vita dilectio, mors odium eſt: cùm cœperit homo timere ne oderit quem diligebat, mortem timet; & acriorem mortem, & interiorem, quâ occiditur anima, non corpus.

AMor es vida del alma:
Y a quien falta Caridad,
Por defunto le contad.

IN't rechte weſen vande doot
De menſch ſal moeten blijven legghen,
Die Godes Liefde van hem ſtoot,
Noch daer van niet wil hooren ſegghen.
De Liefde 't rechte leven gheeft,
Den haet en nijdt baert ons het ſterven:
Gheluckigh die de Liefde heeft,
Die 't eeuwigh leven doet beerven.

CEtte figure ſignifie,
Que qui reçoit l'Amour divin,
Poſſede & iouit de la vie,
Ie dis, d'vne vie ſans fin.
Et qu'au rebours l'ame infidelle,
Laquelle ne loge l'Amour,
Souffre vne mort continuelle,
Et ne peut pas vivre vn ſeul iour.

PAR



PAR PARI.

Bernard.

DEus se tibi, tu te Deo.

August. de Catechizand. rudib.

Ama amorem illius, qui amore tui descendit in vterum Virginis, & ibi amorem suum amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suæ æternitatis limo tuæ mortalitatis.

Emissen. Homil. 1. de Symbol.

Intellige illius esse totum, cuius cælo tegeris, cuius terræ gremio contineris, &c. qui post tanta seipsum tibi dedit.

Bernard. in Cant.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Ille intendit meæ liberationi, ego illius honori; ille saluti meæ, ego illius voluntati: ille mihi, & non alteri, quia vna sum columba eius; ego illi, & non alteri: nec enim audio vocem alienorum.

PVes que Dios se da a ti,
Da te tu tambien a Dios,
Y pagareis os los dos.

HEbt lief die hier in't aerdtsche dal
Ghecomen is om uwen 't willen,
En heeft voldaen voor Adams val,
En Godes gramschap konnen stillen:
In 't lichaem van een Maghet reyn
Met ons sijn Liefd' hy heeft ghebonden:
Wy werden groot, en hy werdt kleyn;
Wie sal de Liefde Godts door-gronden?

AImons celui qui voulut naistre
Tant seulement pour nous cherir;
Aimons qui dans ce val terrestre
(Pour nous aymer) voulut mourir:
Aimons, aimons donc par echange,
Celui qui pour nous tant voulut,
Et embrassons tous sa loüange,
Comme luy fait nostre salut.

VIRTV-



VIRTVTVM FONS EST ET SCATVRIGO.

August. in Epist. Ioan. c. 7. SI non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem; fons est quem voluit Deus ponere ne deficiamus. Adhære ergo, & inhære; si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit.

Prosper. Charitas salus morum est, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum.


August. de Laude Charitat. Charitas anima litterarum, prophetiæ virtus, sacramentorum salus, sapientiæ stabilimentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium.

QValquiera de las virtudes
Su origen del amor tiene,
Como de fuente perene.

GOdts liefd' des goetheyts oorspronc is,
En aller deughden schoon fonteyne:
Ghy siel in's werreldts wildernis
Drinckt van dees ader al ghemeyne:
Dit waeter GODT hier straelen doet,
Als wy in't voort-gaen zijn onmachtigh,
Om onse siel, en ons ghemoet
Te maecken door de deughden krachtigh.

L'Amour est la source feconde,
Dont la vertu vient à saillir;
Or si toy vivant en ce monde
Ne veux par la soif defaillir,
Il faut la, qu'à grands traicts tu boyue,
Et là rafrechisse ton cœur,
Afin qu'en aimant tu reçoyue
Plus de force & plus de vigeur.

VIVET



VIVET AD EXTREMVM.

1.Cor.13. CHaritas numquam excidit.

Matth.10. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Prou. 13. Omni tempore diligit qui verè amans eſt.

Bernard.in Epiſt. Tene quod habes, videlicet amorem, hoſtiæq; caudam iunge capiti; ac tunicam iam Dei gratiâ polymitam, cura facere talarem: quoniam cœpiſſe nihil proderit, ſi (quod abſit) non perſeuerare contigerit.

AMor es de larga vida,
Y mas ſi el ſujeto es tal,
Que cauſa vida immortal.

ALs-men een lont ontſteken gaet,
Sy ſal tot aen het eynde branden;
Het vier haer nimmermeer verlaet,
Soo langh daer iet van is voor handen:
De Liefd' een eyghenſchap oock heeft,
Als s'menſchen ſiel hy heeft ontſteken;
Sijn vier altijdt gheſtadigh leeft,
Sijn kracht ſal nimmermeer ontbreken.

VOyez cette meſche allumée,
Laquelle bruſle icy pour tout,
Et tant qu'elle ſoit conſumée
Ne s'eſtaindra iuſques au bout:
C'eſt ainſi qu'il faut que noſtre ame
S'embraiſe de l'amour diuin,
Et conſerue à iamais ſa flamme,
Iuſques à l'heure de ſa fin.

FINIS



FINIS AMORIS, VT DVO VNVM FIANT.

Ioan. 17. PRo omnibus rogo, qui in me credituri ſunt, vt in me vnum ſint; ſicut ego in te Pater, & tu in me vnum ſumus.

Auguſt. in Meditat. Da mihi te Deus meus, redde mihi te. Te enim amo; &, ſi parum eſt, amorem validiùs non poſſum metiri, vt ſciam quantum deſit mihi amoris ad id quod ſatis eſt, vt currat vita mea in amplexus tuos.

Bonauent. Ratio quare charitas excellentior ſit aliis, eſt quia maximè efficit nos Deiformes, ratione conformis vnionis: quoniam ſicut Pater & Filius nectuntur nexu amoris, & vniuntur; ſic homo per charitatem adhærendo Deo efficitur vnus ſpiritus.

LA verdadera amiſtad
Tiene por mas perfecion
Dos cuerpos, y vn coraçon.

HEt uyterſt' eynde, al waer nae tracht
De ſuyver ſiel met haer begheeren,
Dats niet het ghen' de wereldt acht,
Om alles hier te ſien vermeeren;
Maer met haer lief te werden een:
Want waere liefde doet verandren
Twee ſielen t'ſamen in het ghen'
Dat ſy beminnen met malkandren.

LE but que cherchent & que tiennēt
Les eſprits vrayement amoureux,
Eſt, que tous deux en vn deviennent,
Et que chacun devienne deux.
Donc aimons Dieu, puis qu'il nous aime,
Et qu'à luy pouvons nous vnir,
Puis (di-ie) que noſtre eſprit meſme
(En l'aimant) Dieu veut devenir.



Rom. 13.

PLENITVDO LEGIS EST.

1. Tim. 1. Finis autem præcepti eſt Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

August. de Laude Charitat. Quod latet & quod patet in diuinis ſermonibus, tenet qui charitatem ſeruat in moribus.

Idem. Finis præcepti eſt Charitas. Quo perficiuntur præcepta, non quo conſumuntur: finitur cibus, vt non ſit; finitur tunica, quæ texebatur vt perfecta ſit. Non ſic ergo finis præcepti dixit, quo quaſi pereant præcepta, ſed quo perficiantur; & conſummentur, non conſumantur.

SI Dios es el miſmo Amor;
Quien ama mas a eſte Rey,
Cumple mejor con ſu ley.

DE Liefd' is't eynde vande wet,
En oock de volheyt der Schriftueren:
Een waere ſiel met goet opſet
Sal blijven inde Liefde dueren:
Van Liefde gheeft ghetuyghenis
'T gheloove met de goede wercken,
Oft onſe liefde godlijck is,
Is hier alleen aen te bemercken.

AV dernier, cét Amour (mon ame)
Eſt le but & fin de la loy;
Car celuy qui purement ayme,
Comprend Dieu & ſes loix en ſoy.
Reſte de l'aymer & le ſuivre
Avec entiere affection,
Laquelle commença ce livre,
Et en eſt la concluſion.



CENSVRA.

HÆC Diuini Amoris Emblemata, arte & penicillo OTHONIS VÆNI delineata, ab eodem inuenta, & Scripturæ Patrumque testimoniis illustrata, quòd admirandos Amoris eiusdem in anima effectus in imagine repræsentent, & respectatores ad eumdem toto conatu sectandum, constanterque tenendum inflamment, dignissima luce & typis iudicaui, hac XXVII. Ianuarij, anni M. DC. XV.

Laurentius Beyerlinck, S.Th.Lic. Archipresbyter Ciuitatis & Districtus Antuerp. Librorumque Censor.

SVMMA PRIVILEGII.

PONTIFICIO, *Cæsareo, Regum Hispaniæ & Galliæ, ac Serenissimorum Belgicæ Principum priuilegio cautum est, ne quis hæc* Amoris Diuini Emblemata, *aut alia Auctoris Opera, quoquo modo imitetur, ni decem marcarum auri persoluendarum pœnam velit incurrere.*

Otho Vaenius
1660
60 emblemes